



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

Epistola LXX. Leonis Papae I. Ad Marcianvm Avgvstvm. Scribit de exilio Eutychetis, vt ad secretiora loca eum transferret, quia vbi positus erat, adhuc praua docebat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

EPISTOLA LXX.
LEONIS PAPÆ I.
AD MARCIANVM AVGVSTVM.

Scribit de exilio Eutychetis, vt ad secretiora loca eum transferret, quia vbi positus erat, adhuc praua docebat.

Leo episcopus Marciano Augusto.

QUOD sapissime multa iam experimenta docuerunt.
Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte 3. num. 18.

EPISTOLA LXXI.
LEONIS PAPÆ I.
AD ANATOLIVM EPISCOPVM
PER NECTARIVM AGENTEM IN REBVS DIRECTA.

Reddit rationem cur ei literas dederit, mox tanto temporis spatio silentio vsus sit: approbat nonnulla ab eodem gesta, hortaturque vt ambitionem temperet, & Nicæni Concilii Canones seruet.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

SI firmo incommutabilique proposito, dilectio tua curam gratiæ communis habuisset; nihil profecto, quod vllam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sinebat ratio, vt eius caritatem spernerem quem amore pacis, & studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuuissemus, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem: vt mihi de sanctis prædecessoribus tuis, nec Ioannis spiritualem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flauiani deesse sentirem: & ita studiis tuis vterer, vt nullus auderet, vel fidei catholicæ resultare, vel Nicænis venerabilium patrum regulis contraire. Sed cum in iniuriam Canonum (vt agnoscis) illa tentata sunt, quæ omnibus ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem, quam vt te primum, vt ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis,

T iij